



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs An Sedere pro tribunali poßit in quouis loco suæ diœcesis etiam
exempto? Allegatio LXXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

optime Amat. Roder. de priv. leg. creditorum par. 1. art. 3. n. 18. Flores de Men. vari. lib. 1. q. 8. §. 1. n. 70. Steph. Gratian. disceptat. forens. c. 257. a. n. 17. cum seqq. ubi extendit adalaria Doctorum, Scholasticorum, iudicum, litteratorum, & similibus.
40 Et patrocinium aduocato debetur etiam causa finita per concordiam. *soar. in thesuro recept. sentent. litt. A. n. 105. Canalcan. par. 1. decis. 41. n. 48. Bern. Graua. d. conclus. 44. nu. 10. & ex Cagnol. Guid. & Laf. resolut. Stephan. Gratian. d. c. 95. n. 16.* Et ad haeredes transmittit salarium illius anni, quo moritur, *soar. d. litt. A. n. 102. & litt. M. n. 237. Sebast. Medices in tract. mors omnia soluit, p. 3. n. 26. Camill. Borell. in summa omnium decisit. 65. num. 123.*

SYMMA RI VM.

- 1 Papa dicitur diæcesanus totius orbis.
- 2 Ecclesie omnes, & loca diæcesis Episcopi iurisdictioni, cura & spirituali eius potestati subiiciuntur.
- 3 Iurisdictionem ecclesiasticam tam voluntariam, quam contentiosam in tota diæcesi exercere potest Episcopus.
- 4 Sedere pro tribunali, & ius dicere potest Episcopus in quolibet loco suæ diæcesis, dummodo locus honestus sit, & litigantes sine magno incommodo eo loci venire possint.
- 5 Episcopus habens amplam diæcesim volens cognoscere de causis in loco multum remoto a partibus, possunt partes petere causam committi in loco propinquo.
- 6 Vicarius Episc. siue eius officialis, non potest extra locum, ubi tribunal est constitutum, ius dicere partibus, nisi sit in comitatu Episcopi, vel nisi ex aliqua rationabili causa se ad alium locum decentem transferre visum fuerit.
- 7 Sedere pro tribunali, & iura reddere in loco exempto non potest Episcopus.
- 8 Tribunal erigere nequit iudex extra suam diæcesim, in qua haberetur ut priuatus.
- 9 Exemptus locus, & locus extra diæcesim, siue territorium indicantur a pari.
- 10 Episcopus expulsus a sua diæcesi, petita, licet non abtenta licentia; potest in aliena subditis suis iurisd. administrare.
- 11 Oblationes in Missa factæ cedunt, & acquiruntur Regiori Parochialis Ecclesie.
- 12 Parochia Episcopi dicitur tota diæcesis.
- 13 Oblationes in Missa factæ Episcopo celebranti in loco exempto, de urbanitate ei debentur, de iure vero illi, cui competunt iura parochialis, nisi aliud consuetudine sit obtentum.
- 14 Mitra uti non potest Episcopus in locis exemptis, nisi inuitatus.
- 15 Pontificales vestes & insignia quacunque potest Episcopus gestare in locis exemptis.
- 16 Cathedralam in loco exempto possunt Praefules erigere pro eorum ornatu, & dignitate.
- 17 Baldachinum erigere in Ecclesiis Regularibus licet Episcopo Pontificali exerceantibus.
- 18 Baldachinum erigere non possunt Abbates S. Benedicti & ceteri omnes similes, quando solemniter in propriis Ecclesiis celebrant.

EPISCOPVS AN SEDERE

pro tribunali possit in quouis
loco suæ diæcesis etiam
exempto?

ALLEGATIO LXXX.

- 1 Quæmadmodum Pontifex dicitur esse Episcopus siue diæcesanus totius Orbis cap. cuncta per mundum 9. quæstion. 3. Froil. tract. de canonizat. sanct. §. sequitur seruandum numer. 28. & 29. Gonzal. ad reg. 8. cancel. §. 1. præm. numer. 8. Flamin. de refig. lib. 11. q. 13. n. 133.
- 2 Ita etiam Episcopus in assignato sibi Episcopatu siue diæcesi, quæ ideo dicitur territorium esse Episcopi, siue Parochia, quod omnes Ecclesie locaue, illius iurisdictioni, cura, & spirituali eius potestati subiiciantur cap. omnes Basilica 16. quæst. 7. cap. cum contingat, de foro competen. cap. cum Episcopus de officio Ordinar. in 6. Soccin. in tract. de oblation. quæst. 18. nu. 63. Treyl. dictio 8. incip. sequitur secundum n. 28 & seq. Rebus. in l. pupillus, §. territorium, vers. & tota ciuitas, ff. de verborum signific.
- 3 Illi enim regulariter competit in tota sua diæcesi iurisdictionem ecclesiasticam, tam voluntariam, quam contentiosam exercere, d. cap. cum Episcopus, Couar. in cap. alma. parte 1 §. 12. numer. 3. *soar. in praxi tom. 2. prelud. 1. numer. 4. Fr. Emman. quæstion. Regularium tom. 2. quæstion. 63. articulo prim. colum. 2.*
- 4 Adeo quidem, ut quouis in loco diæcesis pro tribunali sedere, ibique ius reddere possit, d. cap. cum Episcopus, Cuch. institut. iuris Canonici, lib. 1. cap. 12. vers. cum Episcopus, Bellencin. in tract. de charitatis subsid. quæst. 32. nu. 3. Bertachin. trac. de Episcopo lib. 4. par. 5. n. 70. & 71. Rot. Rom. in una Placentina decis. 297. volu. 2. diuers. Stephan. Gratian. Marchia decis. 113. n. 2. in addit. ubi dicit non licere Praefuli ad longum tempus sine causa ahibi tribunal erigere, & a ciuitate amouere, refert Campan. in diuerso iuris Canon rubr. 11. cap. 13. numer. 151. vers. limitatur. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. §. 2. proæm. numer. 35. Nauar. cons. 3. in antiqu. alias 4. in quous sub tit. de officio Ordinar. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 3.
- 5 Qui duo posteriores id intelligunt, dummodo locus honestus sit, & litigatores sine magno incommodo eo loci venire possint; nam si Episcopus haberet amplam diæcesim, & vellet causam cognoscere in loco multum remoto a partibus, possunt partes petere causam committi in loco propinquo, & si hoc denegaret, poterit appellari, ita resolut Quærantia in summa Bullarj verbo Archiepiscopi auctoritas, numer. 20. auctorit. 30. post princip.
- 6 Vicarius tamen Episcopi, siue eius officialis, cui tribunal, siue iudicialis locus est constitutus, non potest extra illum ius dicere partibus, nisi sit in comitatu Episcopi, tunc enim ibi iura reddere potest, ubi reperitur cum Episcopo. Zarzi. in l. ius pluribus, ff. de instit. & iure, Breche. in l. prouinciales, ff. de verborum significat. Vel nisi ex aliqua rationabili causa se ad aliu locu decente trāsferre visum fuerit, *Var. loco infra cit. n. 11. vers. nisi ex aliqua.*
- 7 Verum in loco exempto Episcopum pro tribunali sedere, aut iura reddere minime posse pro-

bat tex. in d. capit. cum Episcopus, gloſ. verbo, aut eo, in Clement. quamvis, de foro comp. vanti. de nullit. titul. ex deſectu iurisdiction. Ordinar. numer. 108. Nauar. dict. loco, Gonzal. ad regular. 8. Cancell. gloſ. quadrageſim. tert. numer. 180. cum ſequentibus; Stephan. Gratian. Marchia decif. 113. numer. 3. in addition. Campanil. in diuerſorio iuris Canon. rubr. 11. capit. 23. num. 151. verſic. limitatus.

8 Ratio eſt, quia iudex erigere nequit tribunal extra ſua diœceſim, in qua haberetur, vt priuatus cap. notandum, 2. quaſtion. 3. capit. Episcopum, 9. q. 3. Borgaſ. tract. de irregularit. par. 6. q. 2. fol. 352. vanti. d. n. 108.

9 Locus enim exemptus, & locus extra diœceſim, ſiue territorium iudicatur à pari, Henríquez in ſumm. lib. 7. capit. 15. §. quart. vbi gloſ. litt. F. Azuned. l. 1. num. 104. tit. 16. lib. 8. noua recopil. Gonzal. d. gloſ. 43. num. 182.

10 Niſi Episcopus ſit expulſus à ſua diœceſi, iſ enim in aliena, petita, licet non obſenta licentia, ſubditis ſuis iurisdictionem adminiſtrare poterit, Clem. unica de foro comp. ſayr. de cenſur. lib. 2. c. 21. n. 28. in fine.

11 Vnde non abs re inquirendum venit, cuius erunt oblationes in Miſſa factæ Episcopo celebranti in loco exempto? In quo dubio tenent aliqui Episcopo deberi, ex eo quia oblationes indiſtincte cedunt, & acquiruntur Reſtori Parochialis Eccleſiæ, capit. quia, cap. ſanctorum, 10. quaſtion. 1. capit. nulli, 12. quaſtion. ſecund. capit. ex tranſmiſſa, de præſcript. Abb. in rub. de parochijs num. 4. cum citatis à Bellet. diſquiſit. cleric. par. 1. titul. de bonis cleric. §. 3. num. 4.

12 Et cum tota diœceſis dicatur parochia Episcopii, capit. l. cet. 16. quaſtion. 2. capit. 1. & ibi Hoſti. num. 6. de raptor. cap. Apoſtolica, in princip. & ibi Abb. numer. 2. de donat. Cochi. de iurisdiction. Ordin. par. 1. q. 14. numer. 3. gloſ. in Clement. 1. verbo preſbyteri, de priuileg.

& alij curati dicantur adiutores Episcopii, capit. fin. de offi. Archid. igitur Episcopo celebranti in qualibet ſua diœceſis parochia pertinent oblationes, Hoſti. in ſumm. titul. de parochijs, §. in quibus, verſ. quid ergo, Fuſc. de viſitation lib. 1. capit. 24. numero 11. Mare. Anton. Genuenſ. in practica cap. 57. numer. 8. Aſſuſcit. in conſtitution. Neapol. lib. 1. rubr. de decimis, numer. 32. quare ſequendo ſmolam in his terminis cenſet deberi Episcopo Troilus Maluer. de oblation. & imagin. factis par. 4. numer. 2. Sed hoc ad præſentem quaſtionem adaptari non poteſt, cum locus exemptus extra diœceſim dicatur, vt ſupra reſoluimus. Quare Petr. de Anchar. in Clement. Archiepiscopo de priuileg. ſic diſtinguit, vt ſi celebret exaquo officium paſtorale, quod ei oblationes debeantur, idque vt ſubueniatur in neceſſitate conſtituto, ſecus vero ſi voluntarie. Card. vero Zabarella in dict. Clem. Archiepiscopo num. 11. cui etiam aſſentitur Felin. in capit. dilectus, numero verſ. & adde, de offi. Ordinar.

13 Quem citat Bellet. d. §. 3. numer. 47. dicit quod de vrbantate Episcopo celebranti debeantur, de iure vero ei, cui competunt iura parochialia. Sed in hac re recurrendum eſſe ad priuilegia, & conſuetudines tenent Mari. Socin. in tract. de oblation. lib. 18. n. 60. cum ſeq. Cochi. de iurisdiction. Ordin. in exemptos par. 4. q. 18.

14 Hinc etiam Episcopus in locis exemptis, niſi inuitatus, Mitra vt non poteſt cap. Episcopii, 7. q. 1. Doſt. in capit. Ex tuarum, de viſu palij, nec quoque

generaliter Pontificalia exercere, vt diſponit Concil. Tridentin. ſeſſ. 6. de reformation. capit. 5. & ſeſſ. 14. capit. 4. Verum Præſules poſſe in locis exemptis vti Pontificalibus veſtibus, & inſignibus quibuſcunque certum eſt ex conceſſione Viennienſis Concilij in d. Clement. Archiepiscopo, de priuileg. cuius ſanctioni numquam derogatum cenſetur, niſi aperta verba adſint derogatoria, capit. ex parte, de capellis monach. Non obſtat igitur Concil. Tridentin. dictis locis, quia verba facit de vſu Pontificalium, cum aliquo exercitio, vt aſſerit Quaranta d. verbo Archiepiscopi auctoritas, auctor. 32. verſicular. propterea, pagina mihi 84. Vnde conſtat poſſe Episcopum omnia geſtare inſignia Pontificalia, velſeque in locis exemptis, aliaque exequi, quæ ſibi conceſſa fuerunt in d. Clement. Archiepiscopo, quinimo & ſolam celebrationem in Pontificalibus non videri iſtis Episcopis vetitis in locis exemptis in aliena diœceſi inferendum ob id eſt, Cochi. de iurisdiction. Ordin. in exemptos p. 2. q. 45. verſ. 26. & 62. ſicuti nec antea erat. Nec contrarium reſoluit Nauar. conſ. 69. incip. quidam Episcopus, de ſentent. excommunicat. in antiqu. & conſ. 12. de clerico excommunicat. miniſt. in nouis, dum ſcripſit incurſiſſe ſuſpenſionem, in eo text. Concilij comminatum quendam Præſulem in aliena diœceſi vtemem Pontificalibus, quia id non vtique opinatus eſt propter ſolum vſum Pontificalium, & Mitra, ſed quoniam Calicem etiam conſecrauit, & corporalia benedixit, abſque licentia diœceſani. In Eccleſijs tamen Regularium, vel alijs locis ſua diœceſis exemptis, Pontificalia exercens, poteſt Baldachinum erigere, vt reſoluit Gambiar. in tract. de auctorit. legati §. illud noſſe, lib. 2. numer. 249. Aloſi. Ricc. in praxi auctor. reſol. 313. numer. 1. vbi numer. 2. tenet Episcoporum poſſe excommunicare impediētes, Lazar. in practica, quaſtion. titul. de blaſphem. q. 10. numer. 61. Stephan. Gratian. diſſertation. forenſium tom. 3. capit. 467. Campan. in diuerſorio iuris Canonici rubr. 9. capit. 5. num. 3. verſ. ceteras, & cenſuit ſacra Congregatio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotij, & conſultationib. Episcoporum, & Regularium propoſita, in ſequenti decreto, quod reſert Quaranta in ſumm. Bullarj, verbo priuilegia Regularium.

Decretum, quo declaratur Episcopis in Eccleſijs Regularium Pontificalia exercentibus licere Baldachinum erigere.

DEet Episcopis pro eo, quod in Eccleſia Dei excellēt dignitatis gradu, in quocunque ſuarum diœceſum loco, quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adelle, & aſſiſtere contingit, eam, quam par eſt, reuerentiam, & honorem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare, non ſine graui animi dolore, auditum eſt nonnullos Regulares, vano quarundam immunitatum, & priuilegiorum prætextu, Episcopis in eorum Eccleſijs in Pontificalibus intereſſentibus, non modo tenuiſſe in eis, ſupra lacum Episcopalis folij, baldachinum erigere, verum id etiam iuſſu ipſorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere auſos fuiſſe: atque ideo ſacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſulta-

tionibus Episcoporum, & Regularium præposita, factò verbo cum S. D. N. Clemente Papa VIII. ac de Sanctitatis suæ speciali, & expresso mandato, hoc præfenti decreto perpetuis futuris temporibus valituro, declarat, statuit, decernit, & mandat, vt de cætero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quàm ex Sacrorum Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis, cum Mitra, vel etiam sola cappa induti, in quibusuis Regularium, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Monachorum etiam Cassinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiusuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Ecclesijs interesse possunt, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solum Episcopi constituendum opportuno, & congruo baldachinū attollere. Eis etiam id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacunque eorum Regularium, aut alia quantumuis exempli Ecclesia supra Episcopale solum, seu Pontificalia falditorium erigi facere, atque sub eodem sedere, & stare, quemadmodum in propriis, & Cathedralibus eorum Ecclesijs stare, & sedere solent: eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales eiusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragitur. Si qui vero Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis ad id per censuras, & pœnas ecclesiasticas, huius decreti virtute, cogi, & compelli posse, alijsque pœnis tam spiritualibus, quàm temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum, & Congregationum quocunque nomine censeantur, statutis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibuslibet etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, atque irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum hætenus quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & singulis etiam si talia essent, quæ sub generali expressione, & derogatione non venirent, sed de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & indiuidua mentio habenda foret, eorum tenores, præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habens, eadem Sanctitas Sua hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Romæ die decima Iunij 1603.

Alexander Cardinalis Floren. Episcopus Præfatus.

Hier. Agucchi Secret.

18 Abbates S. Benedicti, & cæteri omnes similes quando solemniter in propriis Ecclesijs celebrant, Baldachinum erigere non possunt, vt censuit *sacra Rituum Congregatio* modum præscribens, quem solemniter celebrantes tenere debent, sequenti decisione.

Eadem sacra Rituum Congregatio à Decreto aliàs in simili causa factò in vna Firmana sub die 28. Ianuarij 1606. non esse recedendum censuit, nempe vt Abbas prædictus Monasterii sancti Seuerini Ordinis sancti Benedicti, & cæteri omnes similes Abbates eiusdem, vel alterius Ordinis, in Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana, & vbique, quando solemniter in propriis eorum Ecclesijs celebrant, contenti sint, & esse debeant sua propria, & conuenienti Sede, quæ locata sit, & esse debeat in cornu Euangelij, in plano Presbyterij, cum duobus tantum gradibus paruis, & sine villo suppedaneo suggestu lapideo, vel ligneo, ac sine baldachino desuper; sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico leui sine auro, coloris conuenientis solemnitati, quæ celebratur. Nec dicti Abbates quando celebrant solemniter, vt supra, habeant duos Diaconos assistentes, sed contenti sint, & esse debeant Subdiacono, & Diacono, qui in Missa cantaturi erunt Epistolam, & Euangelium, & vno Monacho, siue Capellano cum pluuiali qui assistat ad librum, nec alios ministros habeant præter prædictos, nisi aliquos monachos, seu clericos, & ministros cum cotta, qui Abbatibus prædictis celebrantibus solemniter de Mitra, & Baculo, & alijs necessarijs ministrent, & Altari inseruiant, super quo Altari sex tantum, & non septem candelabra, cum totidem candelis, & sua Cruce locentur, nec abacus alius, præterquam parua mensa in cornu Epistolæ paretur, super qua duo possint locari candelabra, Mitra, qua Abbas vtetur, Calix, Missale, Thuribulum cum nauicula, & alia necessaria pro actu celebrationis, & vt dicti Abbates sub Mitra vtantur paruo bireto nigro, & non alterius coloris, & ita censuit, & declarauit, & tam à dicto Abbate, & Monachis S. Seuerini Ordinis S. Benedicti, quàm alijs omnibus similibus Abbatibus, & Monachis Oliuetanis, vel alterius Ordinis, quando solemniter in eorum Ecclesijs celebrant, tam in ciuitate, & diœcesi Neapolitana quàm vbique Terrarum seruandum esse censuit, & declarauit die 18. Martij 1617.

S Y M M E R I V M.

- 1 Apostolica sedes quascunque causas ecclesiasticas immediate iudicare potest.
- 2 Cause omnes ad forum ecclesiasticum spectantes coram Ordinario loci in prima instantia decidi, & infra biennium terminari debent.
- 3 Auditor Camera, aut quiuis alius index Romane Curie non potest cognoscere de causis ecclesiasticis in prima instantia.
- 4 Causas ecclesiasticas in prima instantia cognoscunt Episcopi, & exempti quasi Episcopalem iurisdictionem habentes, non autem Prælati inferiores, qui sub sunt Episcopis.
- 5 Ordinarij sub vocabulo comprehenditur Episcopi Vicarius.
- 6 Capitulum sede vacante habet priuilegium cognoscendi causas in prima instantia.
- 7 Abbates, licet non exempti, quibus olim ex præscripta consuetudine, vel aliquo priuilegio de clericis suæ diœcesis vel cumulatim cum Ordinario, vel priuatiue cognoscere competeat, etiam hodie eadem vti possunt iurisdictione.
- 8 Nullitatis professionis causa coram Ordinario, & superiore Regulari in prima instantia, & infra biennium terminari debet.
- 9 Biennium intra quod cause ecclesiasticæ coram